



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Ne episcopus precio corruptus, alterius clericum ordinare præsumat. cvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Ne episcopus precio corruptus alterius clericum ordinare præsumat. Cap. CVI.

O Mnibus ministris ecclesiasticæ dignitatis interdici- *Ex cōcil.*
mus, vt nullus quocunque munere aut fauore corru- *Hānerēsi*
ptus, clericum alterius parochiæ latenter ac furtiuè ad or- *cap. 1.*
dinationē subintroducere præsumat. Quod si fecerit, iuxta
Chalcedonense decretū, is qui mediator extitit, si clericus
est, proprio gradu decidat, si laicus aut monachus, anathe-
matizetur.

*Vt episcopus clerois alterius parochiæ nullatenus
ordinet.* Cap. VII.

EPiscopus non constituat presbyteros aut diaconos al- *Ex cōcil.*
teri subiectos episcopo, nisi fortè cum consilio & vo- *Parisiēsi*
luntate ipsius. Si quis autem tale aliquid agere tentauerit, *cap. 32.*
irrita sit eius ordinatio, & ipse coérceatur à synodo.

*Vt nullus episcopus in alterius episcopi parochiæ ad promo-
tionē ministerij accedere præsumat.* Cap. CVIII.

NIllus episcopus ex alia prouincia audeat ad aliam *Ex cōcil.*
transgredi, & ad promotionem ministerij aliquos in Antioch.
Ecclesis ordinare, licet consensum videantur præbere *cap. 13.*
nonnulli, nisi literis tam Metropolitani, quam ceterorum,
qui cum eo sunt, episcoporum rogatus adueniat, & sic ad
actionem ordinationis accedat. Si verò nullo vocante in-
ordinato more deproperet super aliquibus ordinationi-
bus, & ecclesiasticis negociis ad eum non pertinentibus
componendis: irrita quidem quæ ab eo geruntur existant.
Ipse verò incompositi motus sui, & irrationalis audaciæ
subeat vltionem, ex hoc iam damnatus à sancto concilio.

*Ne episcopus alterius Ecclesiæ clericum audacter
inuadere attenter.* Cap. CX

SI quis episcopus clericū ad alium pertinentem audacter *Ex cōcil.*
inuadere, & in sua Ecclesia ordinare tentauerit, nō con *Niceno*
sentiente episcopo à quo discessit, is qui regulæ mācipatur, *cap. 16.*
ordinatio huiusmodi irrita comprobetur.

De non præsumendis illicitis ordinationibus. Cap. CX. *Ex epist.*

RElatio nos vestræ dilectionis instruxit, & gestorum Simplicii
series plenius intimauit, Gaudētium Offiniensis Ec- *pap. mis-*
clesiæ sacerdotem contra statuta canonum ac nostra præ- *sa. Eq̄tio*
cepta ordinationes illicitas perpetrasse. Quarū illi totam *Florētio,*
Penitus auferri præcipimus potestatē. Scripsumus enim ad *et Seue.*
epis. ca. I.